

sen, quia, cum ens finitum distet a Deo finitè, nulla potest inter ea esse proportio, quæ fundet analogiam. Merito tamen ibidem multis rationibus, sententiam hanc D. Thom. improbat. Quia alias nihil posset ex creaturis de Deo demonstrari, si sola nomina eis essent cõmunia: id est, nõ possemus uti nominib. communib. Deo & creaturis ad demonstrandum aliquid de Deo: quia medium esset æquiuocum. Cõsequens autem est satis absurdũ. Item quia inter Deum & creaturã est aliqua similitudo, cum se habeat ut causã & cã: ergo maxime in ratione entis, que est prima omnium. Quo circa siue nominis impositione & significacione siue rõnem illo nomine significatam spectemus, constat, illam nõ esse diuisionem solius nominis, neq; mere casũ & fortuito ens dictũ esse de Deo & creaturis, sed propter aliquã similitudinẽ, proportionẽ aut conuenientiam eorum inter se. Denique, vel ipsa experientia, constat, non solum nomen, sed etiam conceptionem esse aliquo modo communem in hac diuisione.

Secunda sententia diuisionem esse vniuocam.

11. Scotus.

Secunde sententia fundamenta. Primum.

111. Secundum.

1111. Tertium.

Secunda sententia est, ens vniuocè dici de Deo & creaturis. Hanc tenet Scotus in 1. d. 3. q. 1. & 3. & in 3. dist. 8. quaest. 2. quem eiusdem locis Scotistæ sequuntur ac defendunt. Et probatur, quia ens immèdiatè significat conceptum vniuocum in Deo & creaturis; ergo nõ dicitur de illis analogicè, sed vniuocè. Antecedens probatũ a nobis est in disputacione prima huius operis. Consequentiã verò probatur varijs modis. Primo ex definitione vniuocorum, quam Aristoteli tradit in anreprædicamẽtis. Vniuoca sunt, quorum nomen commune est, & ratio substantiæ nomini accomodata est eã: id est, sed in præsentia nõ solum nomẽ est commune, sed etiã ratio substantiæ. Hæc enim respõdat conceptui obiectiuo adæquate significato per tale nomen: unde, si hic conceptus est vnus & idem, etiam ratio substantiæ nominis erit eadẽ.

Secundò ex communi ratione nominis analogi, quod in hoc conuenit cum æquiuoco, quod nõ vna impositione positum est ad significandum multa, sed pluribus, distincta verò est, quod in æquiuocis causa accidit. ut vnũ nomen ad alias res significandas imponatur, in analogis verò prius fit impositio ad significandam vnã rem; deinde per similitudinẽ vel proportionem extenditur ad alia: in præsentia verò nõ ita est, sed vna impositio nomẽ entis id quod est significat, & ex vi illius cõuenit Deo & creaturæ, quia in utroque illud commune significatũ reperitur: nulla ergo potest analogicè ratio ex cogitari.

Tertiò id amplius declarat ex distinctione analogicæ: duplex enim cõmunitè distinguitur, vna vocatur a multis analogiã proportionatis & alia proportionis, alii verò priorè vocant analogiam proportionis, & posteriore attributionis, quod solemmodo aduenit propter æquiuocacionem terminorũ; res enim eãdẽ est. Quam Arist. aperte docuit lib. 1. Et hic. ca. 6. vbi analogiam attributionis vocat ab vno, vel ad vnum, aliam autem comparacionẽ ratione appellat. Prior ergo analogia sumitur ex proportionẽ plurimũ rerum in ordine ad aliquos

Aterminos, & consistit in hoc, quod principale analogarum denominatur tale a sua forma absolute cõsiderata, aliud verò, licet a sua forma similè denominatione recipiat, non tamen absolute cõsiderata, sed quia in ordine ad illã seruat quandã proportionẽ cum habitudine primi analogati ad suã formã, ut homo dicitur ridere a proprio actu ridendi absolute sumpto, pratũ verò dicitur ridere a vi riditæ suæ, nõ absolute, sed prout seruat quandã proportionẽ pratũ vitidæ ad hominem ridentẽ. Et, quia hæc est proportio inter duas habitudines, idcõ solet proportio proportionum seu proportionum naturalis appellari. Posterior analogia sumitur ex habitudine ad vnã formã, quæ in vno est propriè & intrinsecè, in alio verò impropriè & extrinsecè, ut sanũ dicitur de animali & de medicina, & vitina, q̃ analogia propriè cõsideratur inter aptitudinẽ analogatũ, & quodlibet ex reliquis, ut inter animal & medicinã, vel inter animal & vitinã. Potest autè cõsiderari etiam inter ipsa secundariã significatã inter se, ut inter vitinã & medicinã: vitinã enim sana dicitur & nõ merè equiuocè vitinã, neq; etiam vniuocè, quia non habent vnã omnino rationem vel conceptum communem:

Ergo per aliquã analogiam, que possit quidẽ aliquo modo ad priorè reuocari, etia, sicut se habet medicina ad sanitatem in effectũ, ita vitina in significatõ, tamè reuera neutra eorum sumptis hęc denominatione ex hac proportione ad alteram, sed vitinã; ex attributione ad animal sanum, cum quo habet immèdiatam analogiam in ratione sanitatẽ, inde resultat quasi mediata analogia attributionis earum inter se. Ex his ergo cõfiscitur argumentũ; quia in ente neutra ex his analogiis reperitur respectu Dei, & creaturã. De priori patet, quia creatura denominatur ens absolute a suo esse, & nõ ex proportione aliqua quã ferret ad esse Dei. De posteriori probatur, quia creatura non dicitur ens per extrinsecam denominatione abentitate Dei. In his autè analogiis attributionis secundum denominationem extrinsecè a forma, que est in primo. Itẽ propter hæc causam in his analogiis secundũ definitur per primum: creatura autẽ in ratione entis nõ definitur per Deum. Tandem vitinã; confirmari potest, quia ratio entis omnino absolute & intrinsecè ac propriè cõcipitur in creatura: nõ d, si de nobis loquamur, prius ab hominib. concepta est in ente finito, quã in infiniti: ergo nullo modo tractum est hoc nomen per analogiam a Deo ad creaturas.

Tertia sententia, diuisionem esse analogam.

Tertia sententia negat ens esse æquiuocum, vel vniuocum, & consequenter ait, esse analogũ nomẽ quẽ ens primariò dicit de Deo, & secundariò de creaturis. Hæc est sententia D. Thom. 1. part. quaest. 13. art. 5. & dist. q. 7. de potent. art. 7. & 1. cõnt. Gent. cap. 32. & sequere multis, quam late defõdit Galet. & Ferrar. his locis, & Galet. de ent. & essen. ca. 1. quaest. 2. Capreol. in 1. d. 2. q. 1. Soto in c. 4. Antepred. Tota huius sententia, nisi cõsistat in secũda eius parte negatiua, scilicet, hæc diuisionẽ nõ esse vniuocã, nam prima pars, scilicet, quod non sit æquiuoca, vt manifesta supponitur ex dictis

1172
ib. dicitur
quod non
est vniuocum
sed analogum

1173
ne dicitur
quod non
est vniuocum

D. Thom.

Calet.
Capreol.